

detrimentum. Teneo ergo, quod emphyteusis Ecclesiastica nullo modo in fisco transeat, & licet in puncto iuris multa dici possent, hæc opinio, iudicio meo, est tutior, & æquior, & etiam magis communis. Et in omnem casum, dato, quod verior esset contraria opinio, quod scilicet emphyteusis Ecclesiastica in casibus, in quibus transit ad extraneos hæredes, transeat etiam ad fisco, quam multi etiam tenent, non est dubitandum, quin Ecclesia possit intra biennium illa à fisco repetere, si velit, ut est text. expressus in §. 1. in Authen. C. de alienat. emphyt. & est magis communis opinio, ut superius dixi. Et licet illi text. videatur loqui in emphyteusis concessa

ab Ecclesia Constantinopolitana tamen communiter intelligitur, ut disponat in concessa etiam à quacunque alia Ecclesia, teste Alex. in d. §. si vestigalib. post nu. 30. & si dicatur quod illi text. cum sit constitutio Imperatoris, disponens specialiter circa res Ecclesiasticas, non est attendenda, iuxta ea, quæ dixi supra q. prox. vers. nec dicatur? Resp. quod quæ ad hoc propositum, bene potuit Imperator disponere cōcedēdo Ecclesijs privilegium in præiudicium sui fisci. Nam etiam circa res Ecclesiæ possunt quicunque Principes laici disponere, privilegium concedendo, ut omnes concludunt in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ, de constituto.

QVÆSTIO XXX.

SVMARIA. Ex Claro.

1 Filij naturales an succedant emphyteusi.

ADDITIONES.

Filij naturales.] Filij, siue liberi naturales tantum, proprie appellantur liberi ex pellice, siue concubina (quam scilicet quis solutam, & vnicam indubitato affectu domi loco vxoris habuit) nati. can. liberi. 1. §. caus. 32. questio. 2. gloss. in c. nisi cum pridem 10. super verb. manzeres, extra de renunciat. quia alias dicuntur nothi. Iacob. Curtius tomo primo, coniectur. lib. 3. cap. 8. Valentin. Forster. lib. 6. de successione. ab intestat. cap. 32. numero 2. cum seqq. & homines degeneres, l. vltim. in fin. Cod. de naturalibus liber. & vulgo Bastardi. Cuiac. ad Nouell. 18. circa finem. & libro 5. obseruat. 6. Vulte. libro primo. Iurisprud. Roman. cap. 8. numero 48. Borcholius in tractatu de gradibus, titul. de success. natural. liberor. pagina 187. & in Commentar. de feudis, capit. septimo, parte secunda, numero 17. Et de varijs filiorum illegi-

QVÆST. XXX.



Væro, an filij naturales succedant in emphyteusi? Resp. autem emphyteusis est acquisita ab Ecclesia, & non succedunt naturales. Ita tenet Bald. in l. generaliter. §. cum autem, num. 1. C. de institut. & substit. est communis opinio, ut dicit Rip. in l. ex facto. §. quis rogatus, el. 1. nu. 62. ad T. rebellian. Paris. cap. in presentia, num. 86. de probat.

timorum generibus latissimè differit Gabriel. Paleot. in tract. de nothis, spurijque filijs, cap. 16. 17. & 18. An autem, & quatenus hi liberi naturales suis parentibus succedant, fufius explicui ad princip. tit. Instit. de hereditatib. quæ ab intest. defer. num. 413. & aliquot seqq. Harpr. **Ab Ecclesia.]** Item de ista communi, vide Rimin. iun. conf. 447. Giach. **Naturales.]** Hic scias, ad hoc, ut quis dicatur proprie naturalis tantum, tria copulatiue requiruntur. Quod sit natus ex soluto, & soluta, quod mulier vnica concubina sit, & nõ inter plures annumerata: tertio, quod sit in domo retenta, ut dixi in singul. verum large dicitur naturalis secundum communè vsum loquendi omnis natus ex soluto, & soluta, & quilibet spurius, ut dixi in collecta mea comu. opin. in verb. naturalis. Sed hoc procedit in spurio nato, ex soluto, inter quos matrimonium existeret potuisset, qui iure canonico est naturalis, vide ibidem fufius.

QVÆSTIO XXXI.

SVMARIA. Ex Claro.

1 Legitimi an succedant in emphyteusi.

Ex Additionibus.

1 Quot modis liberi naturales legitimentur, remissive.
2 Quatenus liberi legitimi succedant suis parentibus, remissive.



ADDITIONES.

QVÆST. XXXI.

Filij legitimi.] Quot modis liberi naturales legitimentur, & in potestatem patris redigantur, abundè exposui in §. aliquando, 13. Institutio. de nuptijs. Quatenus verò liberi legitimi succedant suis parentibus, ostendi fufficienter ad principium tituli. Institut. de hereditatibus, quæ ab intestato deferunt, numero 220. & multis sequenti-



Væro etiã, an filij legitimi succedant in emphyteusi? Respondeo, in emphyteusi concessa à priuato admittuntur etiam legitimi. Ita tenet Bald. in d. §. cum autem, allegato in præced. quæst. & est communis opinio.

ut dicit Rubens in d. §. quidã recte. post numerum 106. Si enim admittuntur etiam naturales, ut dixi supra quæst. prox. multo magis admittendi sunt legitimi, qui regulariter equiparentur legitimis, ut dixi in d. §. filius. Si vero sit emphyteusis concessa ab Ecclesia, non admittuntur legitimi, ut tenet Bald. allegat. §. cum autem, numero secundo, & est communis opinio, ut dicit Iason in eod. §. cum autem, numero nono. Gratus consil. 79. circa num. 14. lib. 1. Licet enim equiparentur legitimis, non tamen dici possunt vere legitimi.

bus. Harprec. **Legitimi succedant in emphyteusi.]** Sed quid de legitimis per subsequens matrimonium? vide infra §. feudum, q. 12. vers. Item quero, ut dixi. Giach.

Ex Additionibus.

QVÆSTIO XXXII.

SVMARIA. Ex Claro.

1 Filia femina an succedat in emphyteusi. Et quid si concessa sit pro se, & hæredibus ibid.
2 Et quid si concessa sit pro se, & filijs.
3 Et quid si exet statutum, quod extantibus masculis femina non succedat.

1 An emphyteusis Sempronio, & eius filijs data, filiabus quoque concessa intelligatur.
2 Masculinum regulariter concipit etiam femininum.
3 In contractibus stricti iuris verba proprie, & strictè accipienda.
4 Filiorum appellatione an proprie filia etiam contineantur.
5 Emphyteusis bona fidei contractus.
6 Mens contrahentium magis spectanda: quam verba.
7 Verba ambigua contra stipulatorem interpretanda.

ADDITIONES.

Femina.] Item enim emphyteusi masculinum concipiat femininum? vide per Iaf. in l. 2. C. eodem numero 193. Et an valeat pactum, quod filia succedat in emphyteusin, si tamen nupserit alicui subdito domini? vide per eundem, ibidem num. 123. Nota tamen, quod femina expressè excluda per statutum, etiam exclusã intelligitur à bonis emphyteuticis Ecclesiasticis, super quibus statutum potest disponere: commune ait Paris. cõ sil. 22. numero 8. libro secundo, & in collect. mea commun. opinio. verb. Femina, numero vigesimo octauo. Giach. **Sed quid, si fuerit concessa pro se, & filijs.]** Controversa quæstio est: an emphyteusis Sempronio, & eius filijs data, filiabus quoque concessa intelligatur, vel potius ad filios duntaxat pertineat, ut, his mortuis ad dominum, filiabus exclusis, redeat? Et hoc casu filias, siue feminas censeferi exclusas, crebrius Doct. votis recepta opinio est, ut præter illos, quos Clarus noster hic recitat, testantur Alex. conf. 61. & conf. 80. in fin. vol.

QVÆST. XXXII.

Væro nunquid filia femina succedat in emphyteusi? Respondeo, in hoc articulo varia fuerunt aliquando Doctorum sententia. Tu vero dic, quod emphyteusi de sui natura est transitoria in feminas, sicut in masculos: non enim reperitur iure cautum, quod femina non debeat succedere in emphyteusi, ut masculus. Et licet aliqui in hoc proposito distinguunt inter emphyteusin ecclesiasticam, & emphyteusin concessam à priuato, ut scilicet hæc transeat etiam in feminas, illa vero in masculos tantum: verior tamen est opinio, quod etiam emphyteusis ecclesiastica de sui natura est transitoria ad feminas, sicut ad masculos: quam etiam dicit esse communem Iason. in l. si quis id quod. numer. 23. ff. de iurisd. omn. iudic. Dec. in l. 2. numero 104. de regul. iur. quem refert Apostil. ad Rim. consilio 121. sub numero 4.

Roland. à Valle consilio 93. numero decimo septimo, libro secundo. Burlatus consilio 80. numero septimo. Benintend. decis. Bononiens. 52. Corbulus in tractatu de iur. emphyteuti. capitulo duodecimo, numero tertio, & sequentibus, alijque plures per eum relati. Sed contrarium, & verius, & æquius esse, assertunt Salicetus in l. secunda, quæstione 17. C. de iur. emphyteut. Coarruuias libro secundo, variarum resolutionum, capitulo decimo octauo, numero primo, Dom. Boccer. class. 2. disputat. 15. thesaur. 75. edit. 2. Fachinus libro octauo, controuersi. iur. capitulo 97. & Clarus hic noster, dũ ait, priorem decisionem reuera sibi nunquam placuisse. Horumque assertio eo potissimum nititur fundamentum; quod regulariter masculinum, concipit etiam femininum, siue filij appellatione etiam filia comprehenditur, l. si quis ita. 16. in princip. ff. de testament. tutel. l. si ita sit scriptum, 45. in princip. ff. de legat. 2. l. prima, ibique Alciatus l. filij. 84. vbi Ggedeus. & leg. pronuntiatio, 195. in princip. ff. de verborum significatione, non solum in testamentis, sed & in contractibus argum. l. quæ de legato 46. ff. de legat. 1. l. pactum inter hæredem. 46. ff. de pactis.

3 Huic assertioni non obstat, quod in contractibus stricti iuris, qualis perhibetur emphyteuticus, verba proprie, & strictè accipiuntur, l. quicquid astringendæ, 99. vbi Doctores, ff. de

ff. de verborum obligat. filiorum autem appellatione proprie non continentur, sed per extensionem, ut arguitur in l. cu in adoptiuis, 10. §. quæ in filio, C. de adoptionibus, dict. l. pronuntiatio. 195. in princip. ibi, porrigitur. & l. iusta. 201. ff. de verborum significacione. Verisimilius namque est, quod masculinum ex proprietate sermonis concipiat femininum, atque adeo filiorum appellatione femine quoque, seu filiarum continentur, l. ibi, complectitur (quod verbum proprietatem denotat) ff. de verborum significacione. & legibus similibus.

Deinde si emphyteusis esse contractum bonæ fidei, non vero stricti iuris, ad oculum demonstratum est supra in annotationibus, ad q. 2. nu. 19. & seqq. Præterea negatur, verba in contractibus ita proprie & strictè accipienda esse, ut interpretatio iusta, & contrahentium mentis conformis excludatur: quandoquidem mens contrahentium magis spectanda est, quam verba, l. in conventionibus, 2. 19. ff. de regul. iur. de verb. signif. l. semper in stipulationibus, 34. ff. de regul. iur.

Similiter non obstat, quod in stipulationibus, & pactis verba ambigua, aut dubia interpretanda sunt contra stipulatorem, qui

poterat legem contractibus apertius dicere, l. veterib. 39. ff. de pact. l. stipulatio ista, 38. §. in stipulationibus, 18. & d. l. quicquid, 99. ff. de verb. oblig. Nam nostrum in casu verba non sunt dubia, vel ambigua: quia lex illa interpretatur, ut tam masculinos, quam feminas comprehendat. d. l. pronuntiatio. 195. & d. l. iusta, 201. ff. de verb. signif. cum similibus. Sed & cum regula sit masculinum concipere femininum: non dicitur res obscura, nec ambigua, sed clara, & certa pro eo, qui fundatur in regula, ut notant Bartholus in l. quotiens, 13. ff. si quis cautionibus, &c. & l. 2. columna 1. ff. si quis in ius vocat. no. ier. Baldus in l. omnes populi, 9. colum. 10. ff. de iust. & iur. Petrus de Ancharan. in repet. Rubric. de regul. iur. in 6. columna 2. Harpr.

In contractibus. Et quod in contractibus masculinum non concipiat femininum, communem attestat Roland. in cons. 93. num. 12. & 17. volu. 2. & magis commune, vide etiã ibid. ex Alex. Item commune etiam per Benint. dec. 52. in princ. qui assignant rationem. & de hac communi, vide fufius in collect. mea comm. opin. verbo Masculinum, sub nu. 4. ubi etiam istud procedit in contractibus onerosis, non autem in procedentibus ex liberalitate. Giach.

transcat in monasterium. Ex Additionibus.

QVÆSTIO XXXII.

SVMARIA.

Ex Claro.

1 Si emphyteuta ingrediatur religionem, numquid emphyteusis


ADDITIONES.

Nunquid si emphyteuta ingrediatur religionem, &c. Quod si emphyteusis secularis transeat in Monasterium, si in illud emphyteuta ingrediatur; Non quæ emphyteusis Ecclesiastica, Doctores plerique concludunt, Barthol. Baldus, Paulus de Castro, & Decius Auth. ingressi. C. de sacrosanctis Ecclesijs, & alij, quos refert, & sequitur Alexander Trentacinius variarum resol. libr.

QVÆST. XXXIII.

Quæro nunquid si emphyteuta ingrediatur Religionem, emphyteusis transeat in monasterium? Respond. Iason in l. 2. numero 200. C. de iur. emphy. dicit, quod solet communiter concludi, quod quando emphyteuta ingrediatur religionem, emphyteusis accepta à priuato transeat in ecclesiam, sed si sit emphyteusis concessa ab alia Ecclesia, tunc si illa Ecclesia, quæ est domina directæ, vult illam ad

se reuocare, potest hoc facere, alias trāsit in aliam Ecclesiã ego teneo indistincte in emphyteusis, quæ non sit absolute, & simpliciter hæreditaria, quod siue sit concessa ab ecclesia, siue à priuato, non transeat in monasterium: efficeretur enim valde deterior conditio domini directæ, cum nõ subesset spes vlla caducitatis, neq; quod propter sinem lineæ res amplius ad ipsam reuenteretur. Et quod emphyteusis etiam concessa à priuato non transeat in monasterium, dicit esse communem opin. (ni fallor) Paris. in d. c. in præsentia. nu. 196. de probat. vel saltem dicendum est, quod in omnem casum ecclesia tenebitur illam redere infra annum alteri priuato. Et ita seruari de consuetudine attestatur Spec. in d. §. nunc aliqua. q. 117.



QVÆSTIO XXXIV.

SVMARIA.

Ex Claro.

1 Quomodo intelligatur in inuestituris emphyteuticis tertia, &

quarta generatio. Ex Additionibus. 1 Appellatione generationis venit, & masculos, & feminas. 2 Quo casu generatio masculina sumatur tantum pro masculis.

ADDITIONES.

QVÆST. XXXIV.

Vsq; in tertiam generationem, J Adde, quod si licet appellatione generationis veniat tam masculus, quam femina, etiam ex proprio significatu, per notata Alexandri consilio 61. columna secunda in fin. versicul. & sic in casu numero quarto, libro sexto, & Tiraquelli de retrahct. lignagier. §. primo glossa nona, numero 241. tamen hoc casu, quo emphyteusis fuerit concessa vsque ad tertiam generationem masculinam tantum, generatio masculina dicatur masculus, non autem femina, quamuis generata ex masculo. Ita tenent Corneus consil. 190. numero tertio, columna prima, in fin. versiculo & sic generatio, libro tertio, Peregrin. de fideicomis. articulo 22. numero 28. versicul. & sic dictum fuerit. Rebuff. in l.igni appellatione, 62. col. 3. ad fin. vers. Item generationis, ff. de verborum significat.



scis, quod quotidie in inuestituris emphyteuticis solent apponi illa verba, Vsq; in tertiam generationem: vel, vsque in quartam, vel huiusmodi: Quæro, quomodo intelligatur ista tertia, vel quarta generatio? Respond. in hoc secundum aliquos consideranda sunt verba ipsius inuestituræ, ut siquidem illa simpliciter concepta sunt, puta, concedo tibi hoc feudum in emphyteusis in tertiam generationem, computetur etiam persona ipsius acquirentis, & sic ipse faciat primam, filius secundam, & nepos tertiam generationem, ideòque mortuo nepote sit extincta emphyteusis. Si vero appositæ sint aliqua verba, ex quibus appareat esse distinctam personam acquirentis ab illis descendens, puta, quia di-

Etum est, concedo Titio in emphyteusis vsque in ipsius tertiam generationem: eo casu filius faciat primam, nepos secundam, & pronepos tertiam. Et ita in facto consuluit Bart. ut dicit Bald. in Auth. si quas ruinas. num. 3. vers. iuxta hoc quæro, C. de sacrosan. Eccles. quem omnes indifferenter sequuntur, ut ait Bello. consilio 80. numero septimo, ubi etiam dicit, quod hoc casu hæc opinio est communis, et indubitata. Sed certe licet hoc ultimo casu proculdubio opin. Bartol. sit vera tamen hæc differentia mihi nunquam placuit, quia illud verbum, ipsius, utique erat necessario subintelligendum, etiam si expressum non fuisset, cum nemo generet seipsum, ut etiam considerauit Paul. de Castr. cons. 338. num. 1. & 2. lib. 2. ubi dicit, quod mirandum est de illa determinatione Bart. & si bene connumerentur auctoritates, forte etiam opin. contra Bart. est magis communis, scilicet, quod inter generationes expressas in concessione emphyteusis, nunquam computetur persona ipsius recipientis, quocumque modo concepta sint verba inuestituræ. Idem q; & multo fortius dicendum est, ubi concessa esset emphyteusis Titio vsque in tertiam generationem expletam hoc enim casu proculdubio comprehenduntur etiam pronepotes. Et ita communiter tenetur, ut ait Ruin. cons. 166. nu. 6. lib. 1. Hanc etiam esse communem opin. attestatur Alexan. cons. 125. lib. 5. prout illum refert Gozad. cons. 25. nume. 17. & in hoc nulla est difficultas.

QVÆSTIO XXXV.

SVMARIA.

Ex Claro.

1 Quo ordine succedatur in emphyteusi concessa pro se, & filijs,

& nepotibus. Ex Additionibus. 1 Quo ordine succedatur in emphyteusi accepta per patrem pro se, suisque filijs. 2 Pactum prius radicatur in persona paciscentis, deinde transit ad hæredes.

ADDITIONES.

QVÆST. XXXV.

Atar acquisiuit emphyteusis pro se, &c. Quod pater stipulas emphyteusis sibi, suisque liberis, vel filijs videatur stipulari ordine successiuo, ut primo sibi totaliter competat: deinde post eius obitum demum filijs, filiarumque simul ad eam admittantur præter Clarum nostrum, & ab eo hic citatos, tradit quoque Romanus consilio vigesimo secundo, au-



vero: pater acquisiuit emphyteusis pro se, & liberis, uel pro se, & filijs, et ne potibus suis, &c. quo ordine erit succedendum in huiusmodi emphyteusi? Resp. quod pater censetur stipulatus ipsam emphyteusis ordine successiuo,

scilicet, primo sibi, deinde filijs, deinde post filios nepotibus suis. Ita tenet Bartol. in l. quod dicitur. nu. 6. ff. de verb. oblig. et ita interpretatur communis observatio, ut dicit Corne. cons. 46. in lit. E. lib. 3. quæ refert Dec. cons. 239. post numer. 3. versicul. Tertio principaliter, & cons. 607. num. 10. & cons. 662. post num. 2. Vide in hoc proposito ea, quæ dixi supra libro 3. §. testamentum, q. 80. mero secundo. Surdus consilio trigesimo secundo. numero trigesimo septimo, & Stephanus Gratianus disceptationum forensium, capitulo 347. numero primo, & secundo, ex hac ratione: quod pactum, & stipulatio prius radicetur in personam paciscentis, deinde transeat ad hæredes, per notata Iasonis, in lege quod dicitur, 86. in fine, ff. de verborum obligat. & Menochij libro tertio, præsumpt. 47. numero tertio,